

1779

1. Ali

med.

2. Han

Juler

Doch

sun

3. Han

sale

...
jiss

4. Han

cm

Ler

5. Ju



1774.3

3

DECANVS

ORDINIS ICTORVM IN PERANTIQVA ELE-
CTORALI MODO INSTAVRATA EMMERI-
CIANA ACADEMIA ERFVRTENSI

D. RVD. CHRISTOPH.
HENNE, IC^{TVS}

EMINENTISSIMI AC CELSISIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GVNTINI CONSILIARIVS REGIMINIS, PRAEDICTI ORDINIS
ET IUDICII PROVINCIALIS ADSESSOR, NEC NON CODI-
CIS ET IURIS FEVDALIS PROF. PVBL. ORDINARIUS

SOLEMNIA IN AVGVRALIA

NOBILISSIMI AC CLARISSIMI IURIVM CANDIDATI

Dn. IOANNIS ADAMI BIRNICH,

EUDISSA-LVSATI

DIE XVII. MAI. MDCCCLXXIV.

IN AUDITORIO IURIDICO COLLEGII ANSELMINI
PERAGENDA,

INDICIT,

SIMVLQUE NONNVLLA, DE MVTVO A COLLEGIS ET
CORPORIBVS CONTRACTO,

PRAEMITTIT.

ERFORDIAE, LITERIS HENRICI RUDOLPHI NONNI,

ACADEMIAE A TYPIS



DECANUS

ORDINIS SCOTORUM IN PRANTIOVA EIE
CLOVI MODO NATVRA A FMMERI
QVAM ACADEMIA ESTARTENS

D. RAD. CHRISTOPH.
HENNE. IC

ET ALICUI PROGREGATI ADIECATORIE NED NON COPIA
LAMINARISSE AC CERTAVERA STINGE ET SCOTORUM OM
DANTINI CONSTITUTARIA REGIUM, PRIMI ET QVAM
CE ET IANUS TEGOVA PRO LATE ORDINARIIS

SOPLEMNTI INAGRATIA

MONSIS AC CAVESCA HABU CVMNATI
DU. IOANNIS ADAMI MERICI

BLADDER-LYAS

ME KATT, WATT, WOOD, ELLA

IN AVANTIONE LARIDIO COM ECH-VENETIUM
PERGENDA.

BLADDER-LYAS

SWAFAGE MONMAY, DE MULAO A COTTAE ET
CORONIAS EQUITATIONIS

BLADDER-LYAS

ELDORADU, TITUS, NEMEGI, LUGOVELI, MONMAY
CAPRIMALE A TIZZI





Civitates, collegia & corpora, personas represe-
nare mysticas & morales, nemo umquam in du-
bitum vocabit, atque hinc, uti persona physica &
individua solent, pacisci, contrahere atque se obli-
gare possunt, ita eodem modo vinculo obligatio-
num & universitates teneri, res in vulgus nota est.
Cum vero mysticae haec personae non ipse confabherent possint, sed per
administratores, publico nomine ad id constitutos regi & defendi de-
bant, & hi tutorum & curatorum munere quasi fungantur, res ipsa

4

postulare videtur; ut in plerisque negotiis minorum privilegiis gaudere debeant, ita, ut ipsis beneficia minoribus indulta, pariter & ex identitate ratiōnis, ut loquuntur, comperere debeant. a)

a) l. 3. C. de iure Reipubl. c. 1. & 3. X. de minoribus 25. ann.

§. II.

Missis reliquis contractibus, impräsentiarum solum de' mutuo a collegio contracto solliciti erimus, utpote tali contractu, qui, ut frequentius celebrari solet, ita etiam multis obnoxius est, technis & fraudibus, nonnisi adhibiti debitis circumspetionibus evitandis. Inter quas cautelas, palmarium occupat locum, ut creditor cum universitate & corpore mutuum contrahens, de versione in utilitatem ipsius curam gerat, hac enim non adhibita, non ipsum tenetur collegium, sed potius persone illius bona administrantes, & illud representantes, omne obligationis vinculum subibunt. a) Huic malo, ut obviam eatur, creditor sollicitus esse debet, partim, ut in instrumento super obligatione contracto, mentio fiat, cui commodo vel necessitati mutuum impendi velit collegium, partim, ut etiam sibi prospiciat, ut revera commoda huic vel necessitati impendatur, conf. STRYCK. b) & MEVIVS. c) De reliquo exacta quoad hunc passum non requiritur probatio, sed quoque verosimilia sufficere possunt, argumenta, versionem indicantia teste MENOCCHIO & MASCARDO. d) Ex quo ramen sponte sua sequitur, nequitiam sufficere, confessionem versionis in instrumento obligatorio factam, ad hunc effectum, ut valida inde nascatur collegii obligatio, uti enim confessio de numerata pecunia in chirographo facta, exceptionem non numeratae pecuniae, nequitiam e medio tollit. e) ita etiam confessio versionis in utilitatem collegii facta, instrumento inserta, exceptionem non facta versionis non excludit, vid. LEYSER. f)

- a) l. 22. ff. de rebus creditis.
 b) de cautelis contractuum sect. 2. cap. 1. §. 3.
 c) parte 5. decis. 386.
 d) de arbitrat. iudic. quæst. lib. 2. cas. 432. num. 33.
 e) de probationibus cond. 1167. num. 7. seq.
 f) in meditat. ad ff. specim. 131. meditat. 9 & 10.

§. III.

Quodsi vero creditor cum corpore quodam mutuum contrahens huic probationis difficultati se subiucere nolit, aliud presto est remedium, per quod sibi consulere, & probationis aufractibus obicem ponere valer, ad id nimirum attendere debet, ut cum omnibus collegium constituentibus membris murtum contrahat, & non ad solos respiciat administratores, qua circumspectione adhibita, simpliciter, etiam non probata versione, tenetur collegium, prout exemplis & praedictis evidentiā huius rei praecitate docentibus illustrant **COLERVS.** a) **STRY-**
CIVIS b) & **CARPZOVIUS.** c) Neque precise opus est, ut omnia collegium constituentia membra, hunc in finem convocentur, sed potius sufficit, modo ii convocoentur & consentiant, qui collegium representant, quales sunt in civitatibus die **Biertels-Leute**, **Guldenmeister**, in pagis die **Wormunder**, quod multis usque gravissimis rationibus evi-
 tūm dedit **RICHTERV** d) & calculo suo approbabit **LEYSERVS.** e)

- a) de cautelis contractuum sect. 2. cap. 1. §. 4. & 5.
 b) de processu executivo parte 2. cap. 3. num. 336. seq.
 c) parte 2. const. 6. def. 18. num. 10.
 d) decis. 71. num. 3.
 e) in meditat. ad ff. specim. 131. meditat. 3.

S. IV.

Eodem modo probatio versionis facili evitari potest modo, si unus a collegio mutuum contrahere cupiente constituantur mandatarius, speciali hac potestate instructus, ut contractum hunc iniire valeat, quo in casu nihil refert, utrum ipsum contrahat corpus, an vero ille, qui a toto corpore hanc adeptus est facultatem a) requiritur vero, ut persona huic negotio destinata, communibus ad id eligatur suffragiis, iisdem requisitis, que in legitime constituendo Syndico observari debent, & in speciali necessaria sunt mandato, conf. STRVIVS, b) ex quo prono fluit alveo, neuriquam sufficere, ut aliquis Syndicus, vel Magistratus munere fungens, vel etiam caput collegii praesentem mutuum contrahat membris, cum sola taciturnitas & patientia, in causis praedictis inferentiibus ad consensem inferendum minime sufficere possit, sed prius salvo iure suo quilibet tacuisse videatur, quam ob rem etiam STRYCKIVS c) huic cautelae ab HARTMANNO PISTORE d) suppeditare, repudium dedit, illiusque fundamentum destruxit.

a) 1. 6. 5. 1. ff. quod cuiusque univ. nomine, l. fin. ff. pro sociis.

b) in syntagma iur. civ. Exerc. 16. thes. 18.

c) in caur. contr. sect. 2. cap. 1. §. 6.

d) lib. 2. quæst. 37. num. 48. seq.

S. V.

Nec minus consuli potest creditoribus cum collegii contractum mutui iniire volentibus, si administratores ut fideiussores se sisstant, & fidem dent, pro quanto debito suo tempore restituendo, & eum in finem renuntient beneficiis fideiussoribus competenteribus. Frustraneum quidem hoc videri posse consilium, cum etiam absque fideiustione, ipso iure ex mutuo a collegio initio teneantur, sed quis est, quem su-

giant,



giat, hoc alio non fieri modo, quam si collegium validam non contraxerit obligationem, nec requisitis debitis gaudentem? a) cum alia omnia obtineant, efficaciter obligato collegio, quo in casu in regula nulla contra administratores moveri potest, actio, recte rationes subducente BERLICHIO. b) Econtra vero si administratores ut fideiussores se obligaverint, in arbitrio creditoris est positum, utrum collegium, an vero administratores fidem interponentes actione pulsare velit, cui sententiae etiam prater STRYKIVM c) adstipulatur CAREZOVIS d) & BERLICHIVS, e) vid. tamen ANTON. FABER, f)

a) l. 27. ff. de rebus creditis.
b) parte 3. decif. 303.
c) loco citato 6. 7.
d) lib. 4. Resp. 8. num. 4.
e) parte I. decif. 14. & 15.
f) ad l. 27. ff. de rebus creditis.

S. VI.

Optime etiam consulitur creditori collegio mutuum danti, si operam naver, ut collegium beneficio restitutionis in integrum, praestito renuntier iuramento, quodsi enim collegium pecuniam in utilitatem suam non erogaverit, nullum supererit dubium, quod illud iure minorum gaudens, hoc beneficio uti possit, a) ob pecuniam male collocatam conf. STORTIVS OTT. b) & HARTMANN PISTORIS, c) uti vero minor iurato nuntium mitemus restitutioni in integrum, illa uti non potest, ita idem etiam dicendum de collegio d) aliove corpore, cui leges iura minorum indulserunt,

a) l. 3. C. de iure Reipubl.

b) de restitut. in integr. parte 2. quest. 51. Att. 7. num. 1.



c) d. quæst. 57. num. 61. seq.

d) Auct. sacram. puber. C. si aduersus vendit.

S. VII.

Quemadmodum vero hec ita se habent, quod attinet renunciationem beneficiorum a legibus indultorum, ita econtra in alia omnia est eundum, quod spectat renunciationem *legis civitatis* supra in medium allare, si enim totum collegium vel vere, vel per representantes renuntiet huic legi, omnia erunt sine effectu, cum illa renunciatione etiam non existente, substitut obligatio, si vero representantes solum absque mandato renunciaverint, & nomine collegii contrarerint, pariter nihil actum erit, cum nemo possit alieno iuri repudium dare, quin potius omnia erunt irrita & supervacanea, docente RUDINGERO & CARPOVIO. b)

a) lib. 4. obs. 15. n. 2.

b) parte 2. const. 6. def. 21. nuse. 9.

S. VIII.

Peculiare quoque est, quod collegium aere alieno ita gravatum, ut singulis non possit satisfieri creditoribus bonaque ipsius in tantum non sufficiant, beneficia cessionis bonorum, uti possit a) & hoc modo se liberare queat ab ulterioribus exactionibus, & singula membra neque conveniri, neque bona illorum executioni subici debent, conf. LAVTERBACH. b) STRYCK. c) ZAHNIVS d) una cum BRUNNEMANNO e) & LEYSERO, f) siquidem aperta hæc legum dispositio miratur aquirare, cum nulla apparet ratio, cur eiusmodi collegia non pari iure cum privatis frui possint.

- a) l. 7. §. I. ff. quod cuiuscunq[ue] univ.
 b) ad l. 27. ff. de rebus creditis cap. 3. §. 5.
 c) de civitate obserata cap. I. n. 103.
 d) in politia municipalib[us]. 2. cap. 58. num. 23.
 e) ad rubricam ff. de cessione bonorum num. 5.
 f) in meditat. ad ff. specim. 131, medit. 5.

S. IX.

Albo quoque notandum est calculo, quod lex 27. ff. de rebus creditis de mutuo civitatum & corporum agens, ad alios etiam contractus, extendi possit, & debeat, ubi enim eadem est ratio, ibi eadem sibi locum vindicat legum dispositio, & hac in parte cum LEYSERO a) facimus & BORNIO b) ac missum facimus LAVTERBACHIVM c) contrarium sententiam, hinc nulli dubitamus, quin lex ista applicari possit, ad emitionem annorum redditum, emitionem, venditionem in genere, & transactionem, a) quod praediiciti illustrat LEYSERVS d) hoc ramen extra omnem dubitationis auctoritatem positum est, per hos contractus res extra commercium positas, neque ob aes alienum, neque ob aliam causam alienari, vel a creditoribus occupari & hafste subiici posse, e) cum collegia & corpora hac in parte dispositioni iuris communis sint obnoxia,

- a) in meditat. ad ff. specim. 131. medit. x.
 b) de condict. certi ex mutuo contra civitatem cap. 7. §. x.
 c) in diff. ad l. 27. ff. de reb. credit. cap. 3. §. 14.
 d) loco citato.
 e) §. 6. I. de rerum devisione

Plura, quin in medium proferam programmatis limites non pa
b
tiun-



tiuntur, cum etiam illius sit mentio facienda, qui mihi hanc paginam fecit, est nimirum in cathedram publicam deducendus

NOBILISSIMVS AC CLARISSIMVS

Dn. IOANNES ADAMVS BIRNICH,

BUDISSA-LVSATVS,

NOT. EVEL. CAESAREVS ET TRAXEOS CANDIDATVS,

qui ea, quæ ad studiorum suorum & vite rationem spectant, sequentibus recensuit nobis verbis:

Ego Joannes Adamus Birnich, Budissa- Lusatius, anno huius saeculi quadrageximo nono mens. Febr. a parentibus quamvis non nobili, attamen magnanimi generis natus. Generaverunt ex eorum matrimonio me atque fratrem meum dilectissimum A. L. IOANNEM GOTTL. OB BIRNICH, & nos ad omnem pietatem religionemque adhortati sunt, studia per eorum media adiuvante Deo ter optimo didicimus, ut aliquando etiam membra utilia in republica fieri possimus eam ob causam mei carissimi parentes in eternum amabo veneraborque, & Deum ter optimum pro eorum salute precibus, quantum in me erit, implorabo. Primo enim me circiter anno M. DCC. LXII. in Gymnasium Budiss. sub Rectore M. ROSTIO mihi valde astutissimo introduxerunt, in quo per quinque annos omnes Praeceptores co tempore viventes audiui, insuper parentes me in primis latinarum literarum & liberalium artium lineis informari præceptisque scholæ instrui curaverunt. Deinde mihi laudatum Gymnasium mutantem plau- cuit, & me dedi in scholam Laebavensem, ubi per annum ibi fre-

quen-

quentavi praecleniissimi, doctissimique Rectoris M. HEINICH praelectiones; ille praeclenissimus Vir in me tanta beneficia contulit, ut
 vix verbis exprimere possim, & hanc ob rem mihi officium esse videatur,
 eum adhuc publice laudare atque gratias maximas agere. Postea
 veniebat mihi in mentem anno M. D. CCLXVII. Gymnasia
 relinquere & ad Universitatem Lipsensem proficisci. Hac in celeberrima
 Universitate me per duos annos instruxerunt, & quidem in
 Philosophia Vir Magnif. Excolestissimus D. CRUSIVS, nec non
 M. TELLERVS, in Iurisprudentia Vir doctissimus D. SAMMET,
 qui me magna utilitate omnia collegia iuridica docuit. Anno
 M. D. CCLXVII. Academiam Vitenbergensem visitavi, ubi me
 instruxit in Iure Canonico Vir illustris Magnif. Excolestissimus
 quo Consiliarius Aulicus D. CHLADENIUS. In processu Magnificus
 Excolestissimus D. KRAVSE. In Pandectis iure criminali nec
 non examinatorio superius in genere Vir Praecellentissimus D. HOM.
 MEL. Prælectionibus in Inst. iuris Viri Magnifici D. FISCHERII
 interfui. In Relatorio nec non arte disputatoria Magnif. D. WIE-
 SAND. me instruxit, & sub eius gravissimo Presidio anno
 M. D. CCLXX. die III. Ianuarii ex Georg. Adamo Stirvii Iuri-
 sprudentia Romano-Germanica Lib. I. Tit. XIII. de tertia divi-
 sione personarum publice defendere mihi placuit, & eodem anno die
 XXIV. Sept. a Collegio iuridico Vitembergensi secundum manda-
 tum Regium d. XII. Aprilis M. D. CCXXXIII. datum pro Candi-
 Præxeos examinatus, nec non ad Not. Publ. Cesareum creatus sum.

Cum igitur Candidatus noster in campo amplissimo Iurispruden-
 tie, strenuam hic usque egerit militiam, studiorum fiducia fretus,
 nos accessit, & desiderio se flagrare summorum in utroque iure acqui-
 ren-



rendorum honorum, literis consuetis nobis indicavit, simulque ad solita specimina admitti, petuit, ad quæ admissus, texus ex utroque iure accurate resolvit, & ad quæstiones in examine rigoroso propositas, adæquatas dedit responsiones, ita, ut omnium calculo penitus dignus fuerit indicatus, honoribus. Publica proinde solum restant specimina, quibus edendis dies XVII. Maii a. c. est præstitutus, in quo I. 27. ff. de rebus creditis lectionis cursoriae loco interpretabitur, & hac interpretatione finia, Dissertationem suam inauguream.

DE

FICTO POSSESSORE

sub presidio Magnifici, Illustris & Consultissimi Dn. ADAMI IGNATII TVRIN, Academia b. t. Rektoris, reliqua, collegi mei maximopere co-lendi, defender. Quibus astibus solemnibus, ut debitus concilietur splendor, Reverendissimus perillustris & per quam gratiosus Dn. Pro-cancellarius, nec non Academæ Proceres & Cives, ut suam compo-dare velint presentiam, sub murua reciprocorum officiorum pollicita-tione, rogantur & invitantur. Publicarum sub sigillo Facultatis Iuri-dicæ Dominie Exaudi MDCCCLXXIV.



X 2310747

ULB Halle
007 469 942

3



V018







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres
Inches

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

1774, 3

3

DECANVS

ICTORVM IN PERANTIQVA ELE-
I MODO INSTAVRATA EMMERI-
NA ACADEMIA ERFVRTENSI

VD. CHRISTOPH.
HENNE, IC^{TVS}

IMI AC CELSISIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
NSILARIVS REGIMINIS, PRAEDICTI ORDINIS
PROVINCIALIS ADSESSOR, NEC NON CODI-
VIRIS FEVDALIS PROF. PVBL. ORDINARIVS

EMNIA IN AVGVRALIA

SIMI AC CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI
IOANNIS ADAMI BIRNICH,

EUDISSA-LVSATE

BIE XVII. MAIL. MDCCCLXXIV.

DARIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI
PERAGENDA,
INDICIT,

NONNVLLA, DE MVTVO A COLLEGIIS ET
CORPORIBVS CONTRACTO,

PRAEMITTIT.

DIAE, LITERIS HENRICI RUDOLPHI NONNI,
ACADEMIAE A TYPIS